

R. Affirmative, nisi aliquod speciale indultum, in quo etiam de Iubilaci
ieunio expressa mentio fiat, obtineatur.

DUBIUM 7.

Si quis indultum vescendi carnibus etiam pro ieuniiis Iubilaci consequatur,
tenetur lege de non permiscendis epulis, nempe carnibus cum piscibus?

R. Affirmative.

DUBIUM 8.

An ii, qui ad statutam actatem pro ieunii obligatione nondum pervenerint,
nee non operarii, aliique, qui ob legitimam causam ad ieunia ab Ecclesia
praecepta non tenentur, debeant ieunare, ut Indulgentiam Iubilaci fuerentur?

R. Affirmative. Quod si iudicio Confessarii id praestare nequiverint, Con-
fessarius ipse poterit ieunium in alia pia opera commutare.

DUBIUM 9.

In Litteris Apostolieis legitur "tribus diebus etiam non continuis."
Quaeritur an in hoc Iubilaco, ob dicta verba, singuli dies ieunii in diversas
hebdomadas dividi possint?

R. In hoc Iubilaco Affirmative.

DUBIUM 10.

Attenta clausula "haec vice tantum." Quaeritur an qui in censuras, et
casus reservatos inciderit, una tantum vice absolviri possit, prout edixit Be-
nedictus XIV in Constit. "Inter graviores," vel potius in hoc Iubilaco totius
quoties in censuras, et casus reservatos incurrit absolviri possit?

R. Affirmative ad primam partem; Negative ad secundum.

DUBIUM 11.

An qui privilegio Bullae Cruciferae gaudet, hoc tantum titulo sine alia
causa in ieuniiis Iubilaci carnibus vesci possit?